Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



fzc

Et factus est sermo dni ad me dicens fili hois pone faciem
tuam adversus montem Seyr et ypheetabis de eo et dices illi
hec dicit dominus deus Ecce ego ad te mons Seyr et ex
tendam manum meam super te et dabo te desolatam et desertum Urbes
tuas demoliar et tu deserta eris et scies quia ego dns eo quod fuit
inimicus sempiternus et conclusisti filios israhel in manu gladii
in tempore afflictionis eorum in tempore iniquitatis extreme Propter hoc vivo
ego dicit dns deus quia sanguini tradita es et sanguis te persequet
et ai sanguinem oderis sanguis te persequet Et dabo montem Seyr
desolatum et desertum et auferam de eo eunte et redeunte et implebo mon
tes eius cadaveribus occisorum suorum in collibus tuis et in vallibus
tuis et in torrentibus inter ferum gladio cadet. In solitudines
sempiternas tradita es et civitates tue non habitabunt et scies quia
ego dns deus eo quod dixisti due gentes et due terre mee erunt et he
ditate possidebo eas cum dns ibi Propter hoc vivo ego dicit dns
deus quia faciam iuxta iram tuam et secundum zelum tuum que fecisti odio ha
bens eos et notus effectus sum in eis cum te iudicaverit. et scies quia ego
dns audivi omnia opprobria tua quia locutus es de montibus is
rahel dicens deserta nobis data sunt ad devorandum et insurrexisti
super me ore vestro dilatasti adversum me verba vestra ego audivi
hec dicit dns deus letante universa terra in solitudine te redigam
sicut gaudisti es super hereditatem domus israhel eo quod fuerit
dissipata sic faciam tibi dissipatus eris mons Seyr et ydumea
omnis et scietis quia ego dominus Et erit 36 XXXVI
Tu autem fili hois ypheetabis montes israhel et dices
montes israhel audite verbum dni hec dicit dns deus eo
quod dixerit inimicus de vobis euge altitudines sempiterne in hedi
tatem data sunt nobis Propterea vaticinatus et dic hec dicit dns deus
eo quod desolati estis et conculcati per circuitum et facti in heditatem reliqui
gentibus et ascendistis super labium linguae et opprobrium populi Propter
hoc montes israhel audite verbum dni dei hec dicit dns montibus
et collibus torrentibus vallibus et desertis vastis et urbibus
derelictis que depopulate sunt et subsannate a reliquis gentibus
que circuitu Propterea hec dicit dominus deus Quoniam in igne zeli